



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 45. Marini obitus. Hadrianus III. Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

ante Festum Nativitatis Domini & quin- Sæculum IX.  
decim ante Pascha indicantur.

A. C. 884.

His pœtis cum Danis initis, & pace *Wil. Wal-*  
reducta, Rex Alfredus Sigelinum, Episco- *mesh. reg.*  
pum Sarisburensem, Romam misit, quo, *lib. II. c. 4.*  
atque etiam usque in Indias Sancto Tho-  
mæ dona pretiosa deferret. Episcopus,  
vastissimarum terrarum itinere feliciter  
confecto, ex Indiis uniones & aromata,  
Romæ vero majoris pretii aliquid, vide-  
licet, de Ligno veræ Crucis particulam,  
quam Marinus Papa Regi Alfredo dona-  
bat, cum pluribus aliis muneribus retu-  
lit. Præterea Regis precibus dedit Pa- *Affer. p. 12.*  
pa, ut Anglorum Scholam, quam Romæ *Math. West-*  
habebant, a tributo eximeret. *mon.*

### §. XLV.

*Marini obitus. Hadrianus III. Papa.*

Marinus Papa haud credidit confir-  
mando esse, quæ Joannes Ante-  
cessor suus contra Regulas Ecclesiasticas e-  
gisset. Unde Photio damnato, (\*) For-

D d d 3 mo-

(\*) Antonius Pagi ad hunc Pontificem  
N. X. anno 882. adnotat: *Græci Marinum pro*  
*vero Pontifice Romano agnoscere recusarunt,*  
*quod Photio Pseudo-Patriarchæ Constantino-*  
*politano suam ordinationem non significasset,*  
*prætexentes eum fuisse antea Bulgarorum E-*  
*piscopum, ac proinde non potuisse ad aliam*  
*Sedem transferri. Næniæ!*

Sæculum IX. mosum quoque Episcopum Portuensem  
A. C. 884. Sedi suæ restituit. Plura comperta no-  
 bis non sunt de hoc Pontifice, qui ex-  
 eunte Februario, anno octingentesimo  
 octogesimo quarto vita functus, Succes-  
 forem habuit Hadrianum III. Patria Ro-  
 manum, Benedicti Filium, Die Domini-  
 ca, prima Martii, ut quidam putant, an-  
 no octingentesimo octogesimo quarto  
 ordinatum. Is Sacram Sedem anno u-  
 no & mensibus quatuor tenuit, Photium  
 que, exemplum Antecessoris sui secutus,  
 rejecit.

### §. XLVI.

#### *Epistola Photii contra Latinos.*

*Ap. Bar. an.* Vel Hadriano Papa, vel Marino S. Pe-  
 tri Sedem occupante Photius data  
 contra Latinos de Processione Spiritus  
 Sancti Epistola, ad Archiepiscopum A-  
 quileensem, quem non nominat, dire-  
 cta, in adversarios vehementissime inve-

*Auct. noviss.* hitur. Est illa Epistola ad aliam ab Ar-  
*Bibl. PP.* chiepiscopo acceptam responsoria, di-  
 p. 527. citque, non sine maximo doloris sensu  
 se percepisse, quosdam in Occidente af-  
 firmare, quod Spiritus Sanctus non so-  
 lum a Patre, sed etiam a Filio procedat.  
 Hanc Doctrinam primo oppugnat ex Tra-  
 ditione, dicens, S. Leonem Papam do-  
 cuisse, quod S. Spiritus a solo Patre pro-  
 cedat, & Leonem III. eandem Doctri-  
 nam